830 a Kempis Thomæ de Imitatione Chriſti. Libri IV. ex recenſione Joſephi Valart. *Pariſiis, Barbou, 1758. in 12.° lig. gal. ch. deaur.*

831 Khunrath Henrici Amphitheatrum Sapientiæ æternæ, ſolius, veræ, Chriſtiano-Kabaliſticum, Divino-Magicum, necnon Phyſico-Chymicum, & Tertri-Unum Catholicum. *Hanoviæ, Guillelmus Antonius, 1609. in f.° — Exemplar integerrimum libri ob raritatem præſtantis; quam Burius deſignat in Bibliographia n. 1399.*

832 Kortholti Chriſtiani Liber de tribus Impoſtoribus magnis (Eduardo Herbert, Tho-

Thoma Hobbes, & Benedicto Spinoſa). *Hamburgi*, 1700. *in* 4.° — *Acced.*

Kortholti Chriſtiani Paganus Obtrectator, ſive de Calumniis Gentilium in Veteres Chriſtianos Libri III. *Lubecæ*, 1703. *in* 4.°

833 Langdaili Albani Catholica Confutatio impiæ cujuſdam determinationis Nicolai Ridlæi de Euchariſtia. *Pariſiis*, *Vaſcoſanus*, 1556. *in* 4.° *lig. hol.*

834 Latomi Bartholomæi & Joannis Sturmii Epiſtolæ duæ, de diſſidio periculoque Germaniæ, & per quos ſtet quo minus concordiæ ratio inter partes ineatur; item alia quædam Sturmii de emendatione Eccleſiæ, & Religionis controverſiis. *Argentorati*, 1540. *in* 8.°

835 Laurentii Jacobi Hugo Grotius Papizans. *Amſtelodami*, 1642. *in* 8.°

836 Leonardi de Utino Quadrageſimale aureum. *Sine loci ac typographi nota*, 1471. *in* 4.° *maj. lig. hol.* — *Exemplar nitidiſſimum.*

Editio una & eadem eſt cum allata a Guillelmo Burio in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 687.

837 Leonardi de Utino Quadrageſimale aureum. *Venetiis*, *per Franciſcum de Hailbrun*

brun & Nicolaum de Franckfordia, 1473. *in f.° mag.*

838 Leonardi de Utino Quadrageſimale aureum. *Venetiis, Franciſcus de Hailbrun & Nic. de Franckfordia*, 1473. *in f.° parv.* — *Editio a præcedenti omnino diverſa.*

839 —— Idem. *Vincentiæ, per Stephanum Koblinger*, 1479. *in f.°*

840 a Limborch Philippi Theologia Chriſtiana, & Relatio de origine & progreſſu Controverſiarum in fœderato Belgio de Prædeſtinatione. *Hagæ-Comitum*, 1736. *in f.°*

841 de Lira Nicolai Quæſtiones diſputatæ contra Hebræos. *Abſque ulla nota, in 4.°* — *Editio vetus ſæc. XV.*

842 de Litio Fratris Roberti Quadrageſimale. *Venetiis, Franciſcus de Hailbrun*, 1472. *in f.°*

843 —— Idem. *Venetiis, Bartholomæus Cremonenſis*, 1472. *in f.°*

844 —— Idem. *Venetiis, Vindelinus de Spira*, 1472. *in f.°*

845 Loheti Danielis Sorex primus oras chartarum primi Libri de Republica Eccleſiaſtica M. Antonii de Dominis corrodens, Leonardus Marius Theologaſter Colonienſis, in muſcipula captus, & ejuſ-

dem

dem ſcalpello confoſſus. *Londini*, *Billius*, 1618. *in* 8.° *lig. hol.* — *Liber perrarus*

846 Lombardi Petri Sententiarum Libri IV. *Venetiis*, *Vindelinus de Spira*, 1477. *inf.*° — EDITIO PRINCEPS.

847 Loyolæ S. Ignatii Exercitia Spiritualia. *Pariſiis*, *e typ. Regia*, 1644. *in f.*° *lig. gal.*

848 Lulli Raymundi Sententiarum Libellus, & Quæſtiones dubitabiles ſuper quatuor Sententiarum Libros. *Venetiis*, *Tacuinus*, 1507. *in* 4.°

849 Magagnotti Petri Exercitationes de SS. Euchariſtia. *Patavii*, *Cominus*, 1764. *in* 4.°

850 Marcelli Chriſtophori Rituum Eccleſiaſticorum, ſive Sacrarum Cæremoniarum Libri III. non antea impreſſi. *Venetiis*, *de Gregoriis*, 1516. *in f.*° *lig. hol.*

851 —— De Auctoritate Summi Pontificis. *Florentiæ*, *Junta*, 1521. *in* 4.° *lig. hol.*

852 Martyrologium Romanum, cum notis Cæſaris Baronii Card. & Martyrologium vetus Romanum, ac Adonis Martyrologium, ab Heriberto Rosweido. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1613. *in f.*° *lig. hol.*

853 Mauroceni Pauli Opus de æterna tempo-

poralique Chriſti generatione, in Judaicæ improbationem perfidiæ. *Patavii, Bartholomæus Campanus Ponticurvanus*, 1473. *in* 4.° — *Exemplar nitidiſſimum, ceu recens e prelo.*

854 de Mediavilla Richardi Commentarius in quartum librum Sententiarum. *Venetiis, Chriſtophorus Arnoldus*, Sæc. XV. *in f.°*

855 Meditationes in Paſſionem D. N. Jeſu Chriſti. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 8.°

856 Melanchthonis Philippi Loci communes ſeu Hypotypoſes Theologicæ. *Argentorati, Hervagius*, 1523. *in* 8.° *lig. hol.*

857 —— De Eccleſiæ auctoritate, & de veterum ſcriptis Libellus. *Argentorati, ſine anno, in* 8.° *lig. hol.* — *Accedunt*

—— De Officio Principum, quod Mandatum Dei præcipiat eis tollere abuſus Eccleſiaſticos. *Vitebergæ*, 1540. *in* 8.°

—— Defenſio Conjugii Sacerdotum, miſſa ad Regem Angliæ. *Argentorati*, 1540. *in* 8.°

858 Miſſa Latina, quæ olim ante Romanam, circa 700 Domini annum in uſu fuit, edente Matthia Flaccio Illyrico. *Argentinæ, Mylius*, 1557. *in* 8.° *lig. gal.*

Libri rariſſimi Exemplar integerrimum, quod reſpondet illi deſcriptioni, quæ apud Burium eſt in Bibliographia n. 200. — *Accedunt*

Sulpitii Severi Hiſtoriæ Sacræ Libri II. item aliæ quædam Appendices lectu digniſſimæ, edente M. F (Matthia Flaccio). *Baſileæ, Oporinus* (1556) *in* 8.°

Cum ſuperiore libro eſt hic plane conjungendus, utpote qui a pag. 152. ad 192. contineat Appendicem ad Miſſam Latinam, ab eodem Matthæo Flaccio Illyrico editam: qua de re differit Burius in Bibliographia n. 200.

Barlandi Hadriani Hiſtoriarum de rebus geſtis Ducum Brabantiæ, & de Obſidione Papiæ Libri III. ejuſdem Liber de Ducibus Venetorum. *Lovanii*, 1532. *in* 8.°

B. Procli Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Opuſcula, a Geverharto Elmenhorſtio. Gr. Lat. *Lugduni Batav.* 1617. *in* 8.° *lig. hol.*

859 Miſſæ ac Miſſalis Anatomia. *Abſque loci ac typographi nota*, 1561. *in* 8.° *lig. gal.*

Exemplar libri rariſſimi integerrimum, & qua-

quale omnino ſit oportet juxta Burium in Bibliographia n. 731. Temlerus quidam in hoc ipſo exemplari hæc ad initium ſcripſit:

Auctorem eſſe conjicio Hermannum Hamelmanum, Theologum Lutheranum, non omnino vano, uti mihi videtur, ductus indicio, cum libellum præſentem cum aliis ejuſdem ſcriptis in vetuſto volumine, unde eum exemi, antequam mihi de ſumma ejus raritate conſtaret, compactum repererim.

C. F. Temler.

860 Miſſale Romanum. *Venetiis, per Baptiſtam de Tortis*, 1489. *in* 4.°

861 Miſſale ſecundum conſuetudinem Fratrum Prædicatorum. *Venetiis, per Andream de Torreſanis*, 1496. *in f.°*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS

862 Mutii Hieronymi Tractatus de Romana Eccleſia. *Piſauri*, 1563. *in* 4.° *lig. hol.*

863 Mutoni Petri Martyris Reſponſio ad Epiſtolam M. Antonii de Dominis, quondam Archiepiſcopi Spalatenſis, nunc autem apoſtatæ. *Ingolſtadii*, 1618. *in* 4.° *lig. hol.*

864 Nauſeæ Friderici De Clericis in Eccleſia

cleſia ordinandis Libri V. & alia. *Viennæ Auſtriæ*, 1551. *in* 4.°

865 Nogarolæ Leonardi Officium & Miſſa Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis, cum Bulla approbationis Sixti IV. P. M. In fine: *Romæ impreſſum per ingenioſum virum Magiſtrum Udalricum Gallum Alamanum. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. II. Kl. Mai. in* 4.° — *Libellus perrarus.*

866 Nyder Joannis Expoſitio Præceptorum Decalogi. *Pariſiis*, *Uldalricus Gering*, 1482. *in* 4.°

867 Ochini Bernardini Dialogi XXX. de Meſſia & de SS. Trinitate, interprete Sebaſtiano Caſtalione. *Baſileæ*, *Perna*, 1563. *T. II. in* 8.° *lig. hol.* — *Vide Burium n.* 764.

868 —— Dialogus de Purgatorio, ex verſione Thaddæi Duni. *Tiguri*, *Geſneri*, *ſine anni nota*, *in* 8.° *lig. gal.* — *Burius n.* 766.

869 —— De Corporis Chriſti præſentia in Cœnæ Sacramento. *Baſileæ*, *ſine anni nota*, *in* 8.° *lig. gal.* — *Burius n.* 772.

870 —— Labyrinthi, hoc eſt Diſputatio

de libero aut ſervo Arbitrio, de Divina Prænotione, Deſtinatione & Libertate. *Baſileæ, Perna, ſine anni nota, in* 8.° *lig. gal.* — *Burius n.* 771.

871 Officium B. Mariæ Virginis & alia. *Venetiis, per Joannem de Hallis*, Sæc. XV. *in* 16.° *ch. deaur.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum litteris initialibus depictis & auro exornatis.*

872 Idem, & alia. *Pariſiis, apud Tielmannum Kerbert, in* 8.° *fig.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

873 Idem, & alia. *Pariſiis, per Simonem Voſtre* (1501) *in* 4.° *fig. lig. gal.*

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum figuris eleganter depictis & auro exornatis.*

874 Idem, & alia. *Pariſiis, per Ægidium Hardouin* (*Sæc. XVI.*) *in* 8.°

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum figuris depictis auroque exornatis.*

875 Idem, & alia. *Pariſiis, typis Guillelmi Anabat, apud Germanum Hardouin*, 1505. *in* 8.° *lig. gal. ch. deaur.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRA-

BRANIS, *cum figuris depictis auroque exornatis.*

876 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Pariſiis, per Guillelmum Anabat*, 1508. *in* 8.° *fig. lig. gal. ch. deaur.*
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

877 Idem, & alia. *Pariſiis, apud Thielmannum Kerver*, 1511. *in* 8.° *fig. lig. gal.*
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

878 Idem, & alia. *Venetiis, per Bernardinum Stagninum*, 1511. *in* 8.°
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

879 Idem, & alia. *Pariſiis, apud Thielmannum Kerver*, 1513. *in* 8.° *fig. lig. gal. ch. deaur.*
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

880 Idem, & alia. *Pariſiis, per Ægidium Couteau*, 1513. *in* 4.° *lig. gal. ch. deaur.*
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum figuris depictis & auro exornatis.*

881 Idem, & alia. *Pariſiis, apud Thielmannum Kerver*, 1517. *in* 24.° *oblong. lig. gal. ch. deaur.*
EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

882 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Pariſiis, Thielmannus Kerbert*, 1520. *in* 8.° *fig. lig. gal. ch. deaur.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

883 Idem, & alia. *Pariſiis, apud Germanum Hardouin* (*circ.* 1520) *in* 8.° *lig. gal. ch. deaur.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum figuris depictis & auro exornatis.*

884 Idem, & alia. *Pariſiis, per Germanum Hardouin in* 8.° *lig. gal. ch. deaur.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum figuris depictis & auro exornatis.*

885 Idem, & alia. *Venetiis, apud Juntas*, 1584. *in* 12.° *Exemplar impreſſum in charta cærulea.*

886 Onus Eccleſiæ, in quo admiranda quædam ac plane obſtupenda de ſeptem Eccleſiæ ſtatibus, abuſibus quoque graviſſimis, & futuris ejuſdem calamitatibus enarrantur. *Coloniæ*, 1531. *in f.*° — *Vide Burium, n.* 430.

887 Orationes Spirituales, ex variis auctoribus. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Libellus vetuſtate, æque ac elegantia præſtan-

ſtantiſſimus, charactere Romano eximiæ formæ impreſſus eſt, abſque numeris, ſignaturis & cuſtodibus. Conſtat foliis duobus ac triginta, quorum primum incipit: *Confiteor Deo patri omnipotenti. filio. & ſpiritui ſancto. beate Marie ſemper uirgini &c* poſtremum deſinit: *hic & in futuro ſeculo. Amen:*

888 Ottonis Joannis Henrici Quæſtio, An & quando B. Petrus fuerit Romæ. *Genevæ*, 1686. *in* 8.° *lig. hol.*

889 Papatus Romanus; Liber de origine, progreſſu, atque extinctione ipſius. *Londini, Jo. Billius*, 1617. *in* 4.° *lig. hol.*

Auctor haberi conſuevit M. Antonius de Dominis — *Accedit*

Idologonia, in qua continentur falſorum Deorum origo, Papæ Romanæ præſertim ortus, progreſſus, dominatus &c *Anno* 1638. *in* 4.°

890 Paracelſi Theophraſti Expoſitio vera harum Imaginum Nurembergæ repertarum, ex fundatiſſimo veræ Magiæ vaticinio deductæ. *Sine loci ac typographi nomine*, 1570. *in* 8.° *lig. gul.* — *De libro perraro conſule Burium n. 697.*

891 Pauli de Sancta Maria Scrutinium Scripturarum; Rabbi Samuelis Epiſtola

de erroribus Judæorum, Alphonſo Bonohomine interprete. *Mantuæ, Joannes Schallus*, 1475. *in f.°* — *Exemplar nitidiſſimum.*

892 Pelagii Alvari De Planctu Eccleſiæ. *Venetiis, Sanſovinus*, 1560. *in f.°*

893 Peyrerii Iſaaci Epiſtola ad Philotimum, qua exponit cauſſas, propter quas ejuraverit ſectam Calvini, & librum de Præ-Adamitis, quem ediderat. *Romæ*, 1657. *in 4.°*

894 Philippi Siculi Ordinis Prædicatorum Tractatus ſollemnis & utilis, in quo plura opuſcula perpulchre compilavit. *Abſque ulla nota* (*Romæ*) Sæc. XV. *in 4.° fig.* — *Exemplar nitidiſſimum.*

Abſolutam libri hujus notitiam Cl. Audifredius dedit in Catalogo editionum Romanarum ſæculi XV. p. 352. ubi de eo veriſſime ſcribit: *Nihil e Romanis prelis ſeculi XV. hoc libello pulchrius, elegantius, ornatiuſque prodiiſſe adhuc comperi. Romanus ejus character paulo major eſt eo, quem Itali* ſilvium *appellant: ſumma in eo æquabilitas, exacta figuræ terminatio, ac congrua proportio deprehenditur.* Hunc *Romæ* impreſſum fuiſſe ex figura potiſſimum, in ultima pagina poſita

ſita Audifredius idem deprehendit: *eſt enim*, inquit, *inſigne typographorum, qui volumen impreſſere, Sixti nimirum & Georgii Alemanorum; qui iidem typographi anno* 1481 *libellum Chiromantiæ, & anno* 1483 *Rotæ Deciſiones impreſſere; in quibus duobus voluminibus hoc idem inſigne habetur.* Qualiſnam vero figura hæc ſit, tabula ad paginam 476. operis Audifrediani adjecta oſtendit. Ceterum liber eſt ſine numeris, ſignaturis, & cuſtodibus; hæc vero omnia in eo exſtant:

I. *Diſcordantiæ nonnullæ inter* SS. Hieronymum & Auguſtinum, *circa quas plurimæ aliorum DD. opiniones adducuntur.*

II. *Duodecim Sibyllarum Vaticinia cum earum figuris.*

III. *Carmina* Probæ Centonæ *ex* Maronis *carminibus excerpta.*

IV. D. Athanaſii *Symbolum cum* S. Thomæ Aquin. *expoſitione.*

V. *Oratio Dominica per eundem explicata.*

VI. *Salutatio Angelica per eundem explanata.*

VII. *Hymnus* Te Deum *cum ejuſdem expoſitione.*

VIII. *Hymnus* Gloria in excelſis *ab eodem explanatus.*

IX. Donatus Theologus, *quo Theologicæ quæſtiones grammatica arte ſolvuntur.*

895 (Philippi Siculi) Diſcordantiæ SS. Hieronymi & Auguſtini, Sibyllarum de Chriſto Vaticinia cum figuris, Varia Judæorum & Gentilium de Chriſto Teſtimonia, Centones Probæ Falconiæ a Jacobo Koebelio denuo editi. *In fine*: Impreſſum Oppenheym, *ſine anni ac typographi nota*, Sæc. XV. *in* 4.° *lig. hol.*

Piſanella Summa. *Vide* Supplementum.

896 de Platea Franciſci Opus Reſtitutionum, Uſurarum, & Excommunicationum. *Venetiis, Bartholomæus Cremonenſis*, 1472. *in* 4.°

897 —— Idem Opus. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°* — *Liber præcedenti fortaſſe vetuſtior.*

898 Poli Reginaldi Card. de Concilio, & Reformatio Angliæ. *Romæ, P. Manutius*, 1562. *in* 4.° *lig. hol.*

899 —— Pro Eccleſiaſticæ unitatis defenſione Libri IV. *Romæ, Bladus, ſine anni nota, in f.°*

Liber eximiæ raritatis eſt, utpote quem Auctor ſupprimi curavit, cum eo inſcio impreſſus fuiſſet; ac propterea nulla præfatio eidem ineſt. Conſule Schelornii Amœnitates Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Litterariæ n. XXXVI.

900

900 Poli Reginaldi Card. Pro Eccleſiaſticæ unitatis defenſione Libri IV. *Ingolſtadii*, 1587. *in* 8.° — *Acced.*

Socolovii Stanislai Orationes Eccleſiaſticæ VII. *Coloniæ*, 1587. *in* 8.°

901 Porti Franciſci, Cretenſis, Reſponſio pro Cauſariorum, quos vocat, innocentia, ad Petri Carpentarii Cauſidici virulentam Epiſtolam. *Sine loci ac typographi nota*, 1573. *in* 8.° — *Acced.*

Fabri Petri Reſponſio ad Petri Carpenterii famelici rabulæ ſævum de retinendis armis & pace repudianda Conſilium. *Neuſtadii*, 1575. *in* 8.°

902 Poſtelli Gulielmi. De Orbis terræ Concordia Libri IV. *Abſque ulla nota (Baſileæ circa an.* 1544.*) in f.°* — *Exemplar integerrimum* — *Acced.*

Machumetis Alcoranum olim Latine redditum, cum Confutationibus Legis Machumeticæ ex variis auctoribus, & aliis ad res Turcorum ſpectantibus, cum Præfationibus Philippi Melanchthonis & Martini Lutheri. *Abſque ulla nota (Baſileæ circa an.* 1543.*) T. III. in f.°*

903 Poſtelli Gulielmi Clavis abſconditorum a conſtitutione mundi, qua mens humana tam in divinis, quam in humanis

per-

pertinget ad interiora velaminis æternæ veritatis. *Abſque ulla nota*, *Sæc. XVI. in* 16.°

Editionem an. 1552. Pariſiis factam ait Burius n. 809.

904 Poſtelli Gulielmi De Nativitate Mediatoris ultima, nunc futura, & toti orbi terrarum in ſingulis ratione præditis manifeſtanda. *Abſque ulla nota*, *Sæc. XVI. in* 4.° — *Editio eadem eſt*, *de qua Burius n.* 802.

905 Rainoldi Joannis Summa Colloquii, quod habuit cum Joanne Harto, de Capite & Fide Eccleſiæ, ex Anglico idiomate Latine reddita ab Henrico Parræo. *Oxoniæ*, 1610. *in f.° lig. hol.*

906 Rhonæi Erycii Idea reformandi Antichriſti. *Sine loci nota*, 1623. *T. III. in* 4.° *lig. hol.*

907 Riveti Guillelmi Defenſio Libertatis Eccleſiaſticæ. *Genevæ*, 1625. *in* 8.° *lig. gal.*

908 Riveti Andreæ Examen Animadverſionum Hugonis Grotii pro ſuis notis ad Conſultationem G. Caſſandri. *Lugduni Bat. Elzevirius*, 1642. *in* 8.° *lig. gal.*

909 —— Apologeticus pro ſuo de veræ & ſinceræ Pacis Eccleſiæ propoſito, contra

tra Grotium. *Lugduni Bat. Elzevirius*, 1643. *in* 8.° *lig. gal.*

910 Diſcuſſio Rivetiani Apologetici pro Schiſmate, contra votum Pacis Facti. *Irenopoli*, 1645. *in* 8.° *lig. gal.*

911 Riveti Andreæ Grotianæ Diſcuſſionis Solutio. *Roterodami*, 1646. *in* 8.° *lig. gal.*

912 Roſweidi Heriberti Diſſertatio de fide hæreticis ſervanda. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1610. *in* 8.° — *Acced.*

—— Anti-Capellus. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1619. *in* 8.°

913 Sadoleti Jacobi Ad Principes Populoſque Germaniæ Exhortatio graviſſima, ut deſertis & abjectis peſtilentiſſimis hæreſum inſaniis, in gremium Cath. & Apoſt. Chriſti Eccleſiæ redeant, nunc primum edita a Stephano Agricola Auguſtano. *Dilingæ*, 1560. *in* 8.° *lig. gal.* — *Pagina una, ultima nimirum quaternionis G, manu affabre ſcripta eſt ad impreſſionis formam.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

914 R. Samuelis Iſraelitæ de civitate Regis Marochorum Epiſtola ad R. Iſaac Magiſtrum Synagogæ quæ eſt in Subjulmeta,

meta, translata in Latinum per Fratrem Alphonſum Bonihominis. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.° — *Acced.*

915 —— Epiſtola eadem. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Utraque editio pervetus eſt, ſine numeris, ſignaturis, atque cuſtodibus. Prioris character Romanus eſt, majoris formæ; unaquæque vero pagina lineis ſeptem ac viginti conſtat. Poſterioris character Romanus itidem eſt, at minuſculus; paginæ autem ſingulæ lineæ octo ſunt ſupra vicenas. Exemplar utrumque nitidiſſimum.

916 R. Samuelis Epiſtola eadem, cum Opuſculo de Sacerdotio Chriſti, interprete Ambroſio Camaldulenſi. *Bononiæ*, 1496. *in* 4.°

917 Sanuti Petri Aurelii Lutheranarum Aſſertionum Oppugnatio. *Venetiis*, *Aldi fil.* 1543. *in* 4.° *lig. bol.*

918 Savonarolæ F. Hieronymi Triumphus Crucis de Veritate Fidei. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *Charactere Romano*, *in f.°*

919 Scioppii Caſparis Eccleſiaſticus, auctoritati Jacobi Magnæ Britanniæ Regis oppoſitus. *Hartbergæ*, 1611. *in* 4.°

920

920 Scioppii Caſparis Aſtrologia Eccleſiaſtica, hoc eſt de claritate Ordinum Monaſticorum; accedit ejuſdem Aſtrum inexſtinctum, pro veterum Ordinum honore, contra Paulum Laymannum Jeſuitam. *Ex Officina Sangeorgiana*, 1634. *in* 4.°

921 Scoti Joannis (Duns) Quodlibeta, ex recenſione Thomæ Penket Anglici. *Per Albertum de Stendalia*, 1474. *in f.°*

922 —— Scriptum ſuper Secundo Sententiarum Libro. *Venetiis*, *Jo. de Colonia & Nicol. Jenſon*, 1481. *in* 4.°

923 Scrivenerii Matthæi Apologia pro Sanctis Eccleſiæ Patribus, adverſus Dallæum. *Londini*, 1672. *in* 4.° *lig. angl.*

924 Sepulvedæ Joannis Geneſii Antapologia pro Alberto Pio, in Eraſmum Roterodamum. *Romæ*, *Bladus*, 1532. *in* 4.° *lig. hol.* — *Accedunt*

Patricii Franciſci Apologia contra calumnias Theodori Angelutii, ejuſque novæ ſententiæ, quod Metaphyſica eadem ſint quæ Phyſica, Everſio. *Ferrariæ*, 1584. *in* 4.°

Angelutii Theodori Exercitationum cum Franciſco Patricio Liber primus. *Venetiis*, 1585. *in* 4.°

925 Serveti Michaelis De Trinitatis erroribus

ribus Libri VII. *Sine loci ac typographi nota*, 1531. *in* 8.° *lig. bol.* — *Acced.*

—— Dialogorum de Trinitate Libri II. *Sine loci ac typographi nota*, 1532. *in* 8.° — *Editio recens utriuſque libri.*

926 Simonis Dalmatæ, ex civitate Pharenſi, Opuſculum de Baptiſmo. *Venetiis, per Guillelmum Gallum*, 1477. *in* 4.°

927 Spanhemii Friderici Adverſus fictiones nuperi criminatoris de varia & libera Eccleſiarum politia, deque Anglicano Epiſcopatu Pars ſpecialis. *Lugduni Bat.* 1684. *in* 8.°

928 —— Epiſtola ad Amicum de Præfationis Friſiæ accuſationibus referentem. *Trajecti ad Rhen.* 1684. *in* 8.°

929 de Spiera Ambroſii Quadrageſimale. *Venetiis, Vindelinus de Spira*, 1476. *in f.°*

930 Spinoſæ Benedicti Principiorum Philoſophiæ Renati des Cartes Pars I. & II. more Geometrico demonſtratæ. *Amſtelodami*, 1663. *in* 4.° *lig. bol.* — *Accedunt*

—— Tractatus Theologico-Politicus de libertate philoſophandi, &c. *Hamburgi*, 1670. *in* 4.°

Bredenburgii Joannis Enervatio Tra-

ctа-

ctatus Theologico-Politici, *Roterodami*, *1675. in* 4.°

Spinoſæ Benedicti Philoſophia Sacræ Scripturæ interpres. *Eleutheropoli*, *1666. in* 4.°

931 —— Tractatus Theologico-Politicus, & Philoſophia Sacræ Scripturæ interpres, curis ſecundis auctoris. *Sine loco & typographo*, *1674. in* 8.° *lig. hol.*

932 Strozæ Petri Diſputatio de Dogmatibus Chaldæorum. *Romæ*, *1617. in* 4.°

933 Supplementum Summæ Magiſtrutiæ, ſive Piſanellæ. *Venetiis*, *Vindelinus de Spira*, *ſine anni nota*, *in f.°*

Exemplar nitidiſſimum eſt operis, quod *Nicolaum Auximatem* auctorem habet, ac ſæculo XV. identidem impreſſum eſt. In fine Carmina illa adjecta ſunt, quæ Burius refert in Bibliographia n. 389. quorum duo poſtrema ſunt:

Impreſſum eſt Sixto ſacrorum antiſtite 4.°
Et veneto troni principis imperio.

Ex quibus ante menſem Auguſtum anni 1473. librum impreſſum fuiſſe apparet, cum Nicolaum Tronum Ducem Venetiarum v. Cal. Auguſti anni illius diem ſuum obiiſſe conſtet.

934 Supplementum Summæ Magiſtrutiæ, ſive

ſive Piſanellæ. *Venetiis*, *Bartholomæus Cremonenſis*, 1473. *in f.° parv.*

Hanc editionem præcedenti poſteriorem verba hac in fine poſita declarant: *M. cccc. lxxiii. Nicolao Marcello Duce uenetiarum regnante impreſſum fuit hoc opus die ultimo Nouembris.*

935 —— Aliud Exemplar ejuſdem editionis, IMPRESSUM IN MEMBRANIS. *lig. hol.*

936 Aliud Exemplar ejuſdem editionis, IMPRESSUM IN MEMBRANIS. *lig. hol.* — *Utrumque elegantiſſimum eſt, ac littera prima initiali depicta & auro exornata.*

937 Templeri Joannis Idea Theologiæ Leviathanis. *Londini*, 1673. *in* 8.° *lig. angl.*

938 Theologia Germanica, libellus ex Germanico translatus, Joanne Theophilo interprete. *Baſileæ*, *Oporinus*, 1557. *in* 8.°

939 Theophili Philocyriacis Dies Dominica. *Sine loco, & typographo*, 1639. *in* 4.° *lig. hol.*

940 S. Thomæ Aquinatis Opus Quarti Scripti, ſeu Commentarius in Librum quartum Sententiarum. *Moguntiæ*, *Petrus Schoyffer*, 1469. *in f.° lig. gal.* — EDITIO PRINCEPS.

941

941 S. Thomæ Aquinatis Opus Quarti Scripti, ſeu Commentarius in Librum quartum Sententiarum. *Venetiis, impendio Jo. de Colonia, & Nic. Jenſon*, 1481. *in f.°*

942 —— de Veritate Catholicæ Fidei, contra errores Gentilium. *Venetiis, Jenſon*, 1480. *in f.°*

943 —— Quæſtiones de duodecim Quodlibet. *Abſque ulla nota, ſed Romæ, circa* 1470. *in f.°* — *Exemplar integerrimum, atque nitidiſſimum, picturis quoque exornatum*

Liber ex ea omnino editione eſt, quam Guillelmus Burius deſcribit in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n.° 538. quamque Romæ circa an. 1470 factam bene conjicit ex charactere, qui unus idemque eſt in hoc libro, & in Homiliis S. Joannis Chryſoſtomi, Romæ an. 1470. impreſſis, & inter hoſce libros Pinellianos n.° 413 relatis. Certe anno ſaltem 1472. hoc Aquinatis volumem impreſſum jam fuerat; eo ſiquidem anno a Celſo Maphæo Canonico Regulari Lateranenſi Romæ emptum fuiſſe, ex annotatione ad initium ſcripta innoteſcit.

944 S. Thomæ Aquinatis Quæſtiones diſ-

putatæ, ex recenſione Jo. Franciſci Veneti. *Romæ, Arnoldus Pannartz*, 1476. *in f.°* — *Exemplar nitidiſſimum*

945 S. Thomæ Aquinatis Quæſtiones diſputatæ, ex recenſione Jo. Franciſci Veneti. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°*

946 Thomæ de Hibernia Manipulus Florum. In fine: *Impreſſum Placentiæ per me Jacobum de tyela almanum. Anno domini .M. CCCC. LXXXIII. Quinta die menſis Septembris, in f.°*

947 Thuani Jacobi Auguſti & aliorum Judicia graviſſima de vi nec corporibus, nec conſcientiis, ob Religionis diſſenſum inferenda. *Sine loco & typographo*, 1686. *in* 12.° *lig. hol.*

948 Trithemii Joannis Liber octo Quæſtionum, quas illi diſſolvendas propoſuit Maximilianus Cæſar. *Coloniæ*, 1534. *in* 8.° *lig. hol.*

949 Trivellati M. Antonii Diſſertationes Theologicæ. *Patavii, Cominus*, 1739. *in* 8.°

950 —— Opuſcula Theologica. *Patavii, Cominus*, 1740. *in* 8.°

951 Trotti Alberti De vero & perfecto Clerico Libri II. *Ferrariæ, Severinus Ferrarienſis*, 1475. *in* 4.° *lig. hol.* — *Exemplar nitidiſſimum*

In

In fine Tabulæ: *Explicit tabula ſeu ordo quæſtionum quæ tanguntur in hoc opuſculo: intitulato de vero & perfecto clerico: edito per clariſſimum iuris utriuſque interpretem Dominum Albertum Trottum de Ferraria in ſtudio ferrarienſi: ibidemque impreſſo. Per Severinum Ferrarienſem. Anno dominice nativitatis .M. CCCC. LXXV. die ... Decembris.* Eſt liber charactere Romano minoris formæ excuſus.

952 Vanini Julii Cæſaris Amphitheatrum æternæ Providentiæ Divino-Magicum, Chriſtiano-Phyſicum, nec-non Aſtrologo-Catholicum, adverſus veteres Philoſophos, Atheos, Epicureos, Peripateticos, Stoicos, &c. *Lugduni*, 1615. *in* 8.°

953 Vecchii Annæi Rhiſenni Clericus deperuccatus, ſive in fictitiis Clericorum comis moderni ſæculi oſtenſa & exploſa vanitas. *Amſtelodami*, *Sæc. XVIII. in* 8.° *fig. lig. gal.*

954 Verini Simplicii (Claudii Salmaſii) De Tranſubſtantiatione, contra Hugonem Grotium. *Hagiopoli*, 1646. *in* 8.° *lig. hol.*

955 —— Epiſtola ſive judicium de libro poſthumo Hugonis Grotii. *Hagiopoli*, 1646. *in* 8.° *lig. hol.*

956 Ugonii Matthæi, Episcopi Phamaugustani, Synodia Ugonia de Conciliis. *Absque loci ac typographi nomine*, 1532. *in f.°*

Exemplar omnia habet, quæ Burius designat n. 223. tribus *Approbationibus* exceptis, ann. 1531. & 1534. scriptis

957 Vigeri Marci Decachordum Christianum. *Fani*, *Soncinus*, 1507. *in f.°* — *Acced.*

Processus Luciferi contra Jesum, coram judice Salomone. *Absque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°*

Liber charactere Germanico impressus est, sine numeris, signaturis, & custodibus: textus in duas columnas tribuitur, quarum singulæ lineas duodequadraginta ut plurimum habent. Auctorem operis esse *Jacobum de Ancarano* Theramensem, ex ipsa quoque Præfatione innotescit.

958 Vox clamantis in deserto ad Sacrorum Ministros, in primis ejectos haud ita pridem in M. Britannia & Hibernia; editio secunda priore emendatior. *Vlissingæ*, 1671. *in* 8.° *lig. gal. ch. deaur.* — *Liber rarissimus, cui accedit*

Beverlandi Hadriani Admonitio de For-

Fornicatione cavenda. *Juxta exemplar Londineſe*, 1698. *in* 8.°

959 de Walemburch Adriani & Petri fratrum, Tractatus generales de Controverſis Fidei. *Coloniæ*, 1670-71. *T. II. in f.° lig. bol.*

960 Wicelii Georgii Homiliæ, & alia. *Lipſiæ*, 1538. *in* 4.° *lig. bol.*

961 —— Via Regia, ſive de controverſis Religionis capitibus conciliandis Sententia. *Helmſtadii*, 1650. *in* 4.°

962 Wiclefi Joannis Dialogorum Libri IV. *Sine loci, ac typographi nota*, 1525. *in* 4.° *lig. gal.*

De libri hujus eximia raritate multa diſſerit Burius in Bibliographia n. 628. cujus deſcriptioni exemplar hoc integerrimum omnino reſpondet — *Accedit*

Huss Joannis Opuſcula in tres Tomos diſtincta, cum Appendice Othonis Brunsfelſii. Proceſſus Conſiſtorialis Martyrii Joannis Huss, cum correſpondentia Legis Gratiæ ad Jus Papiſticum &c. *Abſque ulla nota, Sæc. XVI. in* 4.°

Exemplar hoc libri longe rariſſimi tale omnino eſt, quale juxta Burium in Biblio-

graphia n. 631. esse oportet; una excepta *Epistola LIV. Nobilium Moraviæ pro defensione Joannis Huss, ad Concilium Constantiense*, quæ nonnisi chartis duabus constat, & inter *Hussi Opuscula & Processum judiciarium* locum habet suum. Ceterum exemplaria ut plurimum imperfecta esse, Burius idem annotavit.

963 Witichii Christophori Dissertationes duæ de S. Scripturæ in rebus Philosophicis abusu, & de ordine totius universi. *Amstelodami, Elzevirius*, 1653. *in* 12.°

964 Ximenes Petri Confutatorium Errorum contra Claves Ecclesiæ nuper editorum. *Toleti, per Joannem Vasqui*, 1486. *in f.° lig. hol.* — *Exemplar nitidissimum.*

Liber inventu perquam difficilis hic est, qui ex Joanne de la Caille (*Histoire de l'Imprimerie p.* 45) & Orlandio (*Origine della Stampa p.* 204) vix innotuit Maittairio (*Annal. Typ. T. IV. P. I. p.* 472); idem vero antiquius typographiæ Toletanæ monumentum fortasse est. Duabus, ut ajunt, columnis textus exhibetur, charactere gothico, sine numeris, & custodibus, attamen cum signaturis. In fine hæc sunt: *Confutatorium errorum contra claues ecclesie nuper editorum*

ex-

explicit feliciter. Fuit autem confectum. Anno domini .M. CCCC. LXXVIII. Per Reuerendum magiſtrum petrum ximenes de prexano. tunc canonicum toletanum. Et fuit impreſſum toleti per venerabilem virum iohanem vaſqui. Anno domini .M. CCCC. 86. pridie Kal. auguſti. Prefato magiſtro petro iam epiſcopo pacenſi, &c.

JURISPRUDENTIA

JUS GRÆCORUM ET AUCTORES GRÆCI

965 Baſilicon Libri LX. a Carolo Annibale Fabroto, Gr. Lat. *Pariſiis, Cramoiſy*, 1647. *T. VII. in f.° lig. hol.* — *Acced.* Baſilicorum Librorum Supplementum, continens Libros quatuor XL. L. LI. & LII. a Guil. Othone Reitz, & Davide Ruhnkenio, Gr. Lat. *Lugduni Batav.* 1765. *in f.°*

966 Euſtathii Conſtantinopolitani Anteceſſoris De varia temporum in Jure Civili obſervatione, item Leges Rhodiorum Navales, Militares, & Georgicæ, edente Simone Schardio, Gr. Lat. *Baſileæ, Oporinus*, 1561. *in* 8.°

967 Fragmentum Veteris Juriconſulti de Juris ſpeciebus & de Manumiſſionibus, quod ſervavit Doſitheus Magiſter in Exercitationibus Greco-Latinis nondum editis, a Matthia Roüer, Gr. Lat. *Lugduni Batav.* 1739. *in* 8.° *lig. hol.*

968 Juris Orientalis Libri III. ab Enimundo Bonefidio digeſti, ac notis illuſtrati,

Gr.

Gr. Lat. *Excudebat Henr. Stephanus*, 1573. *in* 8.° *lig. hol.*

969 Juſtiniani Imp. Novellæ Conſtitutiones, & Canones SS. Apoſtolorum, a Gregorio Haloandro, Gr. Lat. *Norimbergæ*, 1531. *in f.°*

970 Impp. Juſtiniani, Juſtini, Leonis Novellæ Conſtitutiones, Juſtiniani Edicta, ab Henr. Stephano, Gr. *Excud. Henr. Stephanus*, 1558. *in f.°*

971 Juſtiniani Imp. Edicta, Juſtini, Tiberii, ac Leonis Auguſtorum Novellæ Conſtitutiones, Gr. Lat. *Lugduni, Rovillius*, 1571. *in* 16.°

972 Leonis Imp. Novellæ, Juſtiniani, Juſtini, Tiberii, & Zenonis Edicta, Latine, Henrico Agylæo interprete. *Excud. Henr. Stephanus*, 1560. *in* 8.°

973 Periti Samuelis Leges Atticæ in unum corpus redactæ, Gr. Lat. cum notis variorum, edente Petro Weſſelingio. *Lugduni Bat.* 1742. *in f.°*

974 Photii Nomocanon, cum commentariis Theodori Balſamonis, & alia, Gr. Lat. interprete H. Agylæo, edente Chriſtophoro Juſtello. *Pariſiis*, 1615. *in* 4.°

975 Theophili Anteceſſoris Inſtitutionum Juris Civilis Paraphraſis, a Viglio Zuiche-

chemo, Gr. *Pariſiis*, *Wechelus*, 1534. *in* 8.°

976 Theophili Anteceſſoris Inſtitutionum Juris Civilis Paraphraſis, a Carolo Annibale Fabroto, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1638. *in* 4.° *lig. bol.*

977 —— Eadem, cum ſcholiis, a Carolo An. Fabroto, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1657. *in* 4.° *lig. bol.*

978 —— Eadem, cum ſcholiis, a Carolo An. Fabroto, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1679. *in* 4.° *lig. bol.*

979 —— Eadem, cum ſcholiis, & notis variorum, ac Theophili Fragmentis, a Gul. Ottone Reitz, Gr. Lat. *Hagæ Comitis*, 1751. *T. II. in* 4.° *lig. bol.*

AUCTORES LATINI VETERES ET JURIS UTRIUSQUE TEXTUS

980 de Agrorum conditionibus & conſtitutionibus limitum Siculi Flacci Liber I. Julii Frontini Lib. I. Aggeni Urbici Lib. II. Hygini Gromatici Lib. II. Variorum auctorum Ordines finitionum, & alia, a Petro Gallandio. *Pariſiis*, *Turnebus*, 1554. *in* 4.° *lig. bol.* — EDITIO PRINCEPS — *Accedunt*

M.

M. Tullii Ciceronis Topica. *Pariſiis*, *Tiletanus*, 1545. *in* 4.°

Morelii Guilelmi Obſervationum in M. T. Ciceronis Libros quinque de Finibus Bonorum & Malorum Commentarius. *Pariſiis*, *Tiletanus*, 1545. *in* 4.°

Goveani Antonii Commentarius in primos duos libros Epiſtolarum M. T. Ciceronis ad Atticum. *Pariſiis*, *Tiletanus*, 1544. *in* 4.°

Maſſarii Franciſci Caſtigationes & Annotationes in nonum Plinii librum de Hiſtoria Naturali. *Pariſiis*, *Vaſcoſanus*, 1542. *in* 4.°

Villagagnonis Nicolai Expeditio Caroli V. Imp. in Africam. *Pariſiis*, *Tiletanus*, 1542. *in* 4.°

Apologia cujuſdam Regiæ famæ ſtudioſi, qua Cæſariani Regem Chriſtianiſs. arma & auxilia Turcica evocaſſe vociferantes, impuri mendacii & flagitioſæ calumniæ manifeſte arguuntur. *Pariſiis*, *Carolus Stephanus*, 1551. *in* 4.°

Altera Apologia pro Rege Chriſtianiſſimo contra Cæſarianos, in qua de cauſis belli inter Regem & Cæſarem recens orti agitur. *Pariſiis*, *Car. Stephanus*, 1552. *in* 4.°

Epi-

Epiſtola Regis Chriſtianiſſimi ad ampliſſimos Sacri Imperii Ordines. *Pariſiis, Car. Stephanus*, 1553. *in* 4.°

981 Auctores finium regundorum (numero ſuperiore relati), ex recenſione & cum notis Nicolai Rigaltii. *Pariſiis, Jo. Libert*, 1614. *in* 4.° *lig. hol. cum fig.* — *Exemplar optime conſervatum.*

982 Iidem *ſub titulo:* Rei Agrariæ Auctores Legeſque variæ, ex emendatione & cum commentariis Wilelmi Goeſii. *Amſtelodami, Janſſon*, 1674. *in* 4.° *lig. hol.*

983 Clementis Papæ V. Conſtitutiones, cum Apparatu Joannis Andreæ, ex recenſione Alexandri de Nævo. *Venetiis, per Nicolaum Jenſon*, 1476. *in f.°*

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS. *Litteræ initiales depictæ & auro exornatæ ſunt: prima quoque pagina Pontificis aliorumque præſtantium virorum imagines exhibet coloribus expreſſas.*

984 Collatio Moſaicarum & Romanarum Legum, ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Caii, Modeſtini, aliorumque veterum Juris auctorum Libris, ante tempora Juſtiniani Imp. deſumpta, cum notis

tis Petri Pithoei. *Heidelbergæ*, 1616. *in* 8.°

985 Corpus Juris Civilis, cum notis integris Dionyſii Gothofredi, & ſelectis variorum, a Simone Van Leeuwen. *Amſtelodami, Elzevirius, & Lugduni Batav. Hackius*, 1663. *T. II. in f.° lig. gal.*

986 Corpus Juris Civilis. *Amſtelodami, Blaeu & Elzevirii, & Lugduni Batav. Hackius*, 1664. *T. II. in* 8.° *lig. gal.*

987 Idem. *Amſtelodami, ſumptibus Societatis*, 1681. *T. II. in* 8.° *lig. gal.*

988 Idem. *Amſtelodami, ſumptibus Societatis*, 1700. *T. II. in* 8.° *lig. bol.*

989 Idem, cum notis integris Dionyſii Gothofredi, & ſelectis variorum. *Lipſiæ*, 1720. *in* 4.° *lig. germ.*

990 Idem, ex recenſione & cum notis Georgii Chriſtiani Gebaver. *Gottingæ*, 1776. *Tomus primus, in* 4.°

991 Decretalium Sextus Liber, cum Gloſſis Joannis Andreæ. *Romæ, per Uldaricum Gallum & Simonem de Luca*, 1472. *in f.° — Cum litteris initialibus depictis ac deauratis.*

Nullus Index hoc in exemplari ad initium eſt; quem equidem in exemplaribus nonnullis

lis esse constat ex Catalogo Editionum Romanarum P. Audifredii p. 119.

992 Decretalium Sextus Liber, cum Apparatu Joannis Andreæ, ex recensione Alexandri de Nævo. *Venetiis, Nicolaus Jenson*, 1476. *in f.°*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

993 Decretalium Liber Sextus, cum Apparatu Joannis Andreæ. *Mediolani, per Joannem de Honate*, 1482. *in f.°* — *Acced.*

Clementis V. Pp. Constitutiones, cum Apparatu Joannis Andreæ; accedunt Decretales Extravagantes. *Mediolani Jo. Ant. Honate*, 1482. *in f.°*

994 Digestorum seu Pandectarum Libri Quinquaginta, ex Florentinis Pandectis repræsentati. *Florentiæ, Torrentinus*, 1553. *in f.° lig. bol.* — *Exemplar integerrimum, & quale omnino esse oportet juxta Burium in Bibliographia n.* 1057.

995 —— Libri Quinquagesimi primi Titulus XVII. de Regulis Juris, cum commentario veteris & incerti Auctoris. *Parisiis, Car. Stephanus*, 1552. *in 8.° lig. bol.*

996

996 Gratiani Decretum cum gloſſis. *Venetiis, Jenſon*, 1477. *in f.°*

997 Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV. cum gloſſis. *Moguntiæ, per Petrum Schoyffer de Gernsheym*, 1468. *in f.° lig. hol.* — EDITIO PRINCEPS.

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

Quæ ad libri raritatem cognoſcendam faciunt videre eſt apud Bibliographos præſtantiores, atque adeo apud ipſum Burium in Bibliographia n. 1064.

998 Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV. cum gloſſis. *Venetiis, Jacobus Rubeus*, 1476. *in f.°*

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

Idem quoque litteris initialibus depictis & auro exornatis niteſcit: pagina autem prima tabella eleganter picta Juſtinianum in throno ſedentem exhibet, Inſtitutiones Juris Interpreti cuidam genuflexo porrigentem; ex utroque vero latere Doctores alii adſtant.

999 Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV.

IV. *Pariſiis, Rob. Stephanus*, 1528. *in* 8.° *lig. gal.*

1000 Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV. ab Arnoldo Vinnio. *Amſtelodami, Elzevirius*, 1646. *in* 12.° *lig. bol.*

1001 Iidem, ab Arn. Vinnio. *Amſtelodami, Elzevirius*, 1663. *in* 12.° *lig. bol.*

1002 —— Iidem, ab Arn. Vinnio. *Lugduni Batav.* 1730. *in* 8.° *lig. bol.*

1003 —— Iidem, cum commentario Jo. a Coſta, & cum not. var. a Joanne Vande Water. *Lugduni Batav.* 1744. *in* 4.°

1004 —— Iidem, cum Theophili Paraphraſi, Latine, ex verſione Car. An. Fabroti. *Lugduni Batav.* 1761. *in* 12.° — *Acced.*

Mylii Jo. Henrici Opuſcula Academica ad illuſtrandam atque vindicandam Theophili Paraphraſin & Juſtiniani Imp. Proemium Inſtitutionum potiſſimum facientia. *Lugduni Batav.* 1765. *in* 12.°

1005 Leges Riboariorum Bajoariorumque a Theodorico Rege Francorum latæ, item Alemannorum Leges a Lothario Rege latæ, edente Joanne Sichardo. *Baſileæ*, 1530. *in* 8.°

1006 De Origine & progreſſu Juris Civilis Romani Authores & Fragmenta Veterum

terum Juriſconſultorum, cum not. var. a S. Leevio. *Lugduni Batav.* 1672. *in* 8.° *lig. hol.*

Pandectæ Florentinæ. *Vide* Digeſtorum

1007 Theodoſii, Valentiniani, Majorani, Anthemii Impp. Novellæ Conſtitutiones XLII. a Petro Pithœo. *Pariſiis*, *Rob. Stephanus*, 1571. *in* 4.° — *Acced.*

1008 Domitii Ulpiani Fragmenta libri ſingularis Regularum, & Incerti Auctoris Collatio Legum Moſaicarum & Romanarum, a Joanne Cannegieter. *Trajecti ad Rhen*, 1768. *in* 4.° *lig. hol.*

AUCTORES LATINI RECENTIORES

1009 Alaleonii Joſephi Prælectio ad Titulum Inſtitutionum *De hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur*. *Patavii*, *Cominus*, 1728. *in* 4.°

1010 Allegationes diverſorum Juriſconſultorum in Cauſa præcedentiæ, orta in Concilio Tridentino inter Canonicos Lateranenſes & Monachos Caſinenſes. *Cremonæ*, 1567. *in f.°*

1011 Arboricenſis Roberti De utriuſque gladii facultate, uſuque legitimo. *Pariſiis*, 1546. *in* 8.°

1012 Arias de Valderas Franciſci De Belli juſtitia vel injuſtitia. *Romæ*, *Bladus*, 1533. *in* 4.° *lig. hol.*

1013 Aſinii Joannis Baptiſtæ Commentarii in Titulum Digeſtor. *De Religioſis & ſumptibus Funerum*. *Florentiæ*, *Torrentinus*, 1562. *in f.°*

1014 Bartholomæi Brixienſis Caſus & Notabilia Decretorum. *Baſileæ*, *Nicolaus Keſſer*, 1489. *in f.°*

1015 Bartoli Lectura ſuper tribus Libris Codicis. *Venetiis*, *Jenſon*, 1477. *in f.°*

1016 —— Commentarius ſuper ſecunda parte Codicis. *Venetiis*, *Nicol. Jenſon*, 1478. *in f.°*

1017 Bellincini Bartholomæi Apoſtillæ ſuper Lecturas Abbatis Panormitani & Antonii de Butrio. *Venetiis*, *Jo. de Colonia*, 1477. *in f.°*

1018 —— Tractatus de Charitativo ſubſidio & Decima Beneficiorum. *Mutinæ*, *apud Antonium Miſchominum & Dominicum Richizola*, 1489. *in f.°*

1019 Bertrandi Petri Libellus adverſus Magiſtrum Petrum de Cugneriis de Juriſdictione Eccleſiaſtica. *Pariſiis*, 1504. *in* 8.°

1020 Boerneri Georgii Theophili De Privilegiis Pictorum. *Lipſiæ*, 1751. *in* 8.°

1021 Budæi Gulielmi Annotationes in quatuor & viginti Pandectarum Libros. *Pariſiis, Rob. Stephanus*, 1535. *in f.°*

1022 —— Eædem. *Pariſiis, Vaſcoſanus*, 1542. *in f.°*

1023 —— Forenſia. *Pariſiis, Rob. Stephanus*, 1544. *in f.°*

1024 de Caccialupis Baptiſtæ Tractatus de Debitoribus fugitivis, de Pactis, & de Tranſactionibus. *Senis, per Henricum de Colonia*, 1486. *in f.°* — *Acced.*

Socini Mariani Repetitio in Caput de Litis conteſtatione. *Senis, per Henricum de Harlem*, 1492. *in f.°*

1025 de Cambanis Vitalis, Regni Siciliæ Viceprotonotarii, Tractatus Clauſularum, quæ ſolent apponi in Contractibus, in Reſcriptis, in Privilegiis, in Ultimis Voluntatibus, in Sententiis, in Inventariis, & in aliis diſpoſitionibus. *Neapoli, Matthias Moravus*, 1478. *in f.°*

Exemplar nitidiſſimum libri perrari, cujus in fine hæc ſunt:

Impreſſum in alma civitate Neapol. regnante inuictiſſimo Rege Ferdinando. per magiſtrum Mathiam Morauum. fideliter ac correctum & reuiſum per clarum doctorem juri-

dominum paridem parthenopenſem probatiſſimum. ſumptu tamen & ſollicitudine nobilis Johannis Antonii Camos qui animoſe imprimi fecit. In annis domini M. cccc. lxxviii. Die nona menſis Aprilis.

1026 de Caſtro Pauli Lectura ſuper quarto Libro Codicis. *Senis, Henricus de Colonia*, 1485. *in f.°*

Inter libros Senis tum impreſſos, cum primum typographia ea in civitate cœpit, numerandus hic eſt. Ejus in fine:

Explicit ſubtiliſſima & aurea lectura paduana clariſſimi utriuſque iuris interpretis d. pauli de caſtro ſuper IIII. C. ſummo ſtudio correcta: impreſſioniq. Senis dedita opera & impenſis clariſſimorum ll. doctorum d. Laurentii Canizarii & d. Jacobi Germanie & d. Luce de Martinis nec non magiſtri Henrici de Colonia ſociorum. Anno ſalutis M. cccc. lxxxv. quinto idus Iunii.

1027 Cæpollæ Bartholomæi Tractatus de Servitutibus ruſticorum prædiorum. *Venetiis*, 1488. *in f.°* — *Accedunt*

—— Tractatus Cautelarum. *Abſque ulla nota, ſed ejuſdem editionis, in f.°*

de Sancto Blaſio Baptiſtæ Tractatus

de

de Actionibus. *Venetiis, Erhardus Ratdolt*, 1481. *in f.°*

1028 Conſilia Sacrorum Theologorum ac Collegiorum Patavii & Peruſii, ac Jo. Baptiſtæ Roſelli & Joannis Campegii pro Monte Pietatis. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in 4.° lig. hol.*

1029 Conſtitutiones & Privilegia Patriarchatus & Cleri Venetiarum. *Venetiis, e Bibliotheca Aldina*, 1587. *in 4.°*

1030 Conſtitutiones Sententiæ Arbitrariæ Congregationum Reverendi Cleri Venetiarum. *Venetiis, Guerra*, 1581. *in f.° lig. gal.*

EXEMPLAR IMPRESSUM IN MEMBRANIS.

1031 Conſtitutiones Ordinis Velleris Aurei, e Gallico in Latinum converſæ. *Abſque ulla nota, Sæc. XVI. in 4.°*

EXEMPLAR SPLENDIDISSIME IMPRESSUM IN MEMBRANIS, *cum foliis deauratis, Gallico more compactum, & auro exornatum, ut proinde miræ pulchritudinis liber ſit: eſt vero idem etiam longe rariſſimus*

1032 Corſetti Antonii Singularia Juris. *Mediolani*, 1492. *in f.° — Accedunt* Socini Mariani Tractatus practicabilis

& quotidianus in materia Oblationum. In fine: *Impreſſum Piſcie impenſis nobilis iuuenis Baſtiani filii Ser Iacobi Gerardi de Orlandis de Piſcia: Opera preſbyteri Laurentii & Franchi fratrum & filiorum Iacobi Cennis florentinorum opificum: ſub anni nativitatis domini noſtri Ieſu Chriſti M. CCCC. LXXXVI. & die decima menſis Aprilis, &c. in f.°* — *Liber perrarus, ac eleganter charactere Romano impreſſus.*

de Corneo Petri Philippi Tractatus Socidi & Societatis Animalium. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.°*

de Cannaro Antonii Tractatus de Inſinuationibus. *Mediolani*, 1493. *in f.°*

de Caſtro Pauli Repetitiones ſolemnes tres. *Venetiis*, 1491. *in f.°*

1033 Corſetti Antonii Tractatus ad confirmationem ſtatus Fratrum Jeſuatorum. *Venetiis*, 1495. *in* 4.°

1034 Corvini Joannis Juriſprudentia Romana, cum notis Hermanni Vulteii, edente Arn. Jo. Corvino. *Amſtelodami, Elzevirius*, 1644. *in* 16.°

1035 de Crema Franciſci Singularia. *Bononiæ, abſque anni ac typographi nota*, Sæc. XV. *in f.°* — *Accedunt*

Bar-

Barbatiæ Andreæ Repetitio Legis *Cum acutiſſimi* de Fideicomiſſis. *Parmæ, per Stephanum Corallum*, 1474. *in f.°*

de Butrio Antonii Repetitio Capituli *Veſtra* &c. *Bononiæ, per Ugonem Rugerium*, 1474. *in f.°*

de Ancarano Petri Repetitio Cap. *Poſtulaſti* de Foro competenti. *Bononiæ, per Ugonem de Rugeriis*, 1474. *in f.°*

—— Repetitio Cap. *Canonum Statuta* de Conſtitutionibus. *Bononiæ* (*per Ugonem de Rugeriis*) 1475. *in f.°*

1036 Cultificis Fr. Engelberti Ord. Præd. Epiſtola declaratoria Jurium & Privilegiorum Fratrum Ordinum Mendicantium, contra quoſdam Articulos erroneos condemnatos quorundam Magiſtrorum & Curatorum Eccleſiarum Parochialium. *In Oppido Novimagenſi*, 1479. *in* 4.° *lig. hol.*

1037 de Dominicis Dominici, Epiſcopi Brixienſis, Tractatus de Reformationibus Romanæ Curiæ, per adviſamenta ſive conſiderationes, cum allegationibus, ad SS. D. Pium Papam II. *Brixiæ, per Presbyterum Baptiſtam Farfengum*, 1495. *in* 4.°

Libellus cum ſit rariſſimus, eos latuit,

qui ſcripta ejuſmodi de reformatione Curiæ Romanæ venati ſunt.

1038 Duareni Franciſci De Sacris Eccleſiæ Miniſteriis ac Beneficiis Libri VIII. *Pariſiis*, 1551. *in* 4.° *lig. bol.*

1039 Eymerici Nicolai Directorium Inquiſitorum, cum annotationibus Franciſci Pegnæ. *Romæ*, 1588. *in f.° lig. bol.*

1040 Fabroti Caroli Annibalis Notæ ad Tit. Cod. Theodoſiani *de Paganis, Sacrificiis, & Templis. Pariſiis, Cramoiſy*, 1618. *in* 4.° *lig. bol.*

1041 —— Replicatio adverſus Claudii Salmaſii Refutationem de Mutuo, de Dominio Dotis, & de Condictione. *Pariſiis, Cramoiſy*, 1647. *in* 4.°

1042 de S. Geminiano Dominici Lectura ſuper ſecunda parte Sexti Libri Decretalium. (*Romæ*), *Adamus Rot*, 1471. *in f.°*

1043 Gronovii Jo. Friderici Oratio de Lege Regia. *Lugduni Batavor.* 1678. *in* 12.° — *Acced.*

G. V. M. Diſſertatio de Sanctitate ſummi Imperii Civilis, qua examinatur, An ſummo imperanti quibuſdam in caſibus reſiſtere, eumque imperio exue-

re

re & debellare civibus liceat. *Trajecti*, 1689. *in* 12.°

1044 Grotii Hugonis De Jure Belli & Pacis Libri III. cum annotatis auctoris. *Amſtelodami*, 1647. *in f.°* *lig. hol.*

1045 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Blaeu*, 1650. *in* 8.° *lig. angl.*

1046 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Blaeu*, 1660. *in* 8.° *lig. angl.*

1047 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Blaeu*, 1667. *in* 8.° *lig. hol.*

1048 —— Iidem. *Amſtelodami*, *Blaeu*, 1670. *in* 8.°

1049 —— Iidem, cum notis auctoris, & Jo. Friderici Gronovii. *Amſtelodami*, 1680. *in* 8.° *lig. hol.*

1050 —— Iidem, cum notis auctoris & J. Frid. Gronovii. *Amſtelodami*, 1689. *in* 8.° *lig. hol.*

1051 —— Iidem, cum commentariis Gulielmi Vander Muelen, & notis auctoris ac Jo. Frid. Gronovii. *Amſtelodami*, 1704. *in f.°* *lig. hol.*

1052 —— Iidem, cum notis auctoris & Jo. Frid. Gronovii. *Amſtelodami*, 1712. *in* 8.° *lig. hol.*

1053 —— Iidem, cum notis auctoris, Gro-

Gronovii, & Joannis Barbeyracii. *Amſtelodami*, 1720. *in* 8.° *lig. hol.*

1054 Grotii Hugonis de Jure Belli & Pacis Libri III. cum notis eorundem. *Amſtelodami*, 1735. *T. II. in* 8.° *lig. hol.*

1055 —— Iidem, cum notis auctoris, Gronovii, & Barbeyracii, ac Henrici Cocceii commentario, & Samuelis Cocceii obſervationibus. *Lauſannæ*, 1751. *T. V. in* 4.° *lig. hol.*

1056 —— Iidem, cum notis auctoris, Gronovii, & Barbeyracii. *Lipſiæ*, 1758. *T. II. in* 8.° *lig. hol.*

1057 —— De Imperio Summarum Poteſtatum circa ſacra. *Hagæ-Comitis*, 1652. *in* 8.° *lig. hol.*

1058 —— Mare Liberum, ſive Diſſertatio de Jure quod Batavis competit ad Indicana commercia. *Lugduni Batav. Elzevirius*, 1618. *in* 8.°

1059 —— Diſſertatio eadem; accedit Paulus Merula de Maribus. *Lugduni Batav. Elzevirius*, 1633. *in* 24.°

1060 Hotomani Franciſci Quæſtionum illuſtrium Liber. *Excud. H. Stephanus*, 1576. *in* 8.° *lig. hol.*

1061 Jus Municipale Colonienſe. *Coloniæ Ve-*

Venetorum, 1762. *in* 4.° — *Exemplar impreſſum in charta cærulea.*

1062 Labbæi Caroli Obſervationes & Emendationes in Synopſin Baſilicorum, & alia. *Pariſiis*, 1606. *in* 8.° *lig. hol.*

1063 Lancellotti Joannis Pauli Inſtitutiones Juris Canonici, cum notis variorum, in uſum Auditorii Thomaſiani. *Halæ Magdeburgicæ*, 1715–17. *T. V. in* 4.°

1064 Leibnitii Godefridi Guillelmi Codex Juris Gentium Diplomaticus. *Guelpherbyti*, 1747. *T. II. in f.°*

1065 Lucii Joannis Placitorum ſummæ apud Gallos Curiæ Libri XII. *Pariſiis*, *Carolus Stephanus*, 1559. *in f.° lig. hol.*

1066 Lulli Raymundi Ars Juris. *Romæ*, *Mazochius*, 1516. *in* 4.°

1067 Malleus Maleficarum. *Coloniæ*, *per Joannem Koelhoff*, 1494. *in f.°*

